Sic enim Orlandinus scribit ibidem. Ex ea rīd,  
scilicet prædictione, manifestum fit, iam tam fuisse  
certum Ignatij, vt scilicet reuelatum Divinitus fore, vt  
Religionis coram ipse fundaret. Tertiò, quia etiam  
prudenti ratione hoc ipsum confirmat his ver-  
bis: Et sancti tot annorum, tamq[ue] graues studiorum la-  
borum, non videntur ei etati, & verum Diuinarum ga-  
biorum futuri suffici tolerabiles, nisi Diuinus quisquam mo-  
nitus (qui de exitu dubitate non sineret) præmisset, quem  
ramen ille donorum huicmodi sagacissimum occultator  
planus explicare noluerit. Quarò, quia idem Or-  
landinus eodem l. nu. 74. ponderans non po-  
tuisse humano consilio socios nouem diversarum  
nationum, nullâ coniunctione sanguinis  
aut amicitiae necessitudine, aut vetere notitia  
iunctos, nec eodem tempore omnes Parisii  
congregatos, nec eundem scopum studiorum  
ac propolitum habentes, in eam inter se, & cum  
Ignatius Societatem coalescere, præserit quod &  
Ignatius (vt verbis finiam Orlandini,) homo erat  
ad huc ignotus idemque suā voluntate propter Christum  
factus egenus, nihil amplitudinis in hac vita, nihil  
splendoris affectans, sociorumq[ue] non modo vita gentili  
verum etiam ipsa natura dissimilis. Declarat quippe  
cum omnibus eterna illa Materias, altissima sua fuisse  
dexteræ, non imbecillitas humana, tamq[ue] operis mo-  
tionem, cuius ne quam sibi partem humana arrogat  
industria. Diuinâ prorsus comparatum est voluntate,  
vt Religionis condenda consilium, sicut in aterne deli-  
tescet mentis arcanis, ita nemini ex sociis prater Ig-  
natium, cui, vt supra demonstrauit (n. 66.) reuelatum  
Diuinitus, non obscuris confusis indicib[us] veniet in men-  
tim.

um. Ex his planè constat, rem hanc Orlandi-  
num tanquam certissimam retulisse, nec enim  
ex incertâ narratione, & Diuinam reuelatio-  
nem Ignatio factâ, & ex illa prædictionem Ig-  
natij deriuatam, tanquam res manifestas de-  
duxisset. Quipd, quia simili loquendi modo, et  
iam Ecclesia per verbum ferunt certissimas re-  
censet Historias, & sedes Apostolica in Pontifici-  
ciis Bullis. Nam ut omittam alia, in Martyrolo-  
gio Rom. 6. Decemb. sic legimus, de S. Nicôlao,  
inter plura miraculorum insignia, illud memorabile  
fatur, quod Imperatore Constantino ab interitu  
quorundam se inuocantium, longe constitutis ad mi-  
sericordiam per viuum monitis deflexit & misit. Quâ  
tamen historiam nemo dubitarit sanæ mentis,  
tanquam certissimam, ex Martyrologio Ro-  
mano in tota Ecclesia recitari, ideoque in Bre-  
uiario Romano & antiquo & recognito, le-  
ctione sexta, eadem Historia, sine verbo ferunt,  
narratur his verbis: Oppressos adeò fablevauit, ut et  
iam tres Tribunos per calumniam à Constantino Au-  
gusto condemnatos, qui se propter famam eius miracu-  
lorum, orationibus longissime absenti commendave-  
rant, adhuc vivens cum Imperatori minaciter eum ter-  
rens apparuisse, liberavit.

Ego sane sancte affirmare possum, me inter  
Scripturas Archivij Romani inuenisse, circa an-  
num D. 1602. vel portius 1601. hanc historiam  
tanquam certissimam: & quidem tunc, dum  
iussu P. Claudi Præpositi N. Generalis, pro  
prima Historia Societatis parte, per sex annos col-  
ligerem materialia à P. Nicolao Orlandino, cui  
datu eram adiutor, Latinè compositam, à sum-  
ma fidei ac integritatis viro, & accurato, ac vt  
ita dicam, scrupulozo minimarum rerum no-  
stratum historicarum indagatore, & examina-  
tore, ne quid ex nostra officina dubium vel in-  
certum prodiret. Ideoque multa præclara omi-  
nismi, eti non putarem falsa vel dubia, tan-  
tum quod non haberemus tam certos veritatis  
valde probabilis testes, omni exceptione maiö-  
res, sicut habuimus de rebus aliis, à nobis vul-  
gatis. Quam etiam ob causam, & P. Ribadeney-  
ra, multa in prima editione vita S. Ignatij omis-  
sa, in editione secunda edidisse ait, in prä-  
fatione illius: quia, inquit, que dabia mibi ante erant,  
diligenti postea inquisitione inuestigata, certa esse  
comperi.

Et hanc ipsam ob causam alia quoque se ad-  
iecisse scripti in Editione tertia, quæ dum se-  
cundam vulgatus erat, adeò sibi certa & expla-  
nata non erant, vt in vulgus edenda sibi persuaderent,  
qua postea Questionibus de eius in Diuos relatione pu-  
blica habitu, grauitate & idoneis testimoniis fuerunt com-  
probata. Alioqui si timuissent, fore aliquem  
adeò audacem, qui rem hanc aliquando reu-  
caturus esset in dubium, sine ferunt, hæc ve-  
rissima historia, & S.P. nostri Prophetica præ-  
dictio, ab Orlandino, eti viro modestino, scri-  
pta fuisset.

Lancij Opus. Tom. 2.

Cæterum hanc prædictionem Petro Qua-  
drato in Belgio factam Antuerpiæ, iureiuran-  
do confirmant hi. P. Ildephoncus de Medranas,  
quia sapè se tam cum aliis audiuisse ait in Op-  
pido Methymnae de Campo, ab uxore dicti Pe-  
tri Quadrati, nomine Donna Francysca Man-  
son: & P. Ioannes Casarubeus, ætatis propè 87.  
annorum, 34. annis superioris officis; & tribus,  
toti Prouinciae Boetice Præfectus, alisque mu-  
neribus cum laude obitis, iureiurando testatur,  
se hanc prædictionem Petro Quadrato à S. Ig-  
natio dictam audiuisse in suo in Societatem in-  
gressu, in qua anno 1643. 69. agebat annum, ac  
proinde id auditiv à Maioribus circa annum  
D. 174. & ad hunc diem monstrantur Antuer-  
piæ ædes, in quibus hospitio exceptus est S. P. N.  
Ignatius à D. Cuclar Mercatore Hispano, cui  
tum cohabitabat Quadratus ille, adhuc adoles-  
cens, vt merito scripserit P. Ioannes Bollandus  
vir eruditissimus, stolidum eum esse oportere, qui de  
re tam constanti famâ à Maioribus traditâ dubitet.  
Cum autem ex omnibus vita S. Ignatij Scrit-  
ptoribus, & ex Orlâdino multò post prædictio-  
nem Petro Quadrato factam, constet, Ignatium  
Societatis iecisse Parisis initia anno 1534. &  
quidem non sub forma Religionis, quem ad-  
huc multò post, scilicet anno 1539. post illam  
verò prædictionem, annis circiter vndecim  
fundare cœperat (telle Orlandino) hinc quoque  
apparet, multò ante, S. Ignatio Societatis Insti-  
tutum reuelatum fuisse Diuinitus.

Nond, idem confirmatur testimonio S. Fran-  
cisci Xauerij, qui scribens Societati Romam, in l. 1. ep. 5.  
fine sic scribit: Ex multis & magnis huic vita fru-  
ctibus, quos adhuc Dei beneficia capi. & quotidie capio,  
illum eminuo duco maximum, quid nosræ Societatis  
Institutum, Pontificis Maximi autoritate comproba-  
tum confirmatumq; cognoui. Immortales Deo gratia  
& habeo & ago, qui quam vita rationem seruo suo,  
Parenti nostro Ignatio clam ipse præscriperat, eam  
aliquando per suum vicarium, palam stabiliti vñ-  
luit, ad memoriam Posterioritatem sempiternam.

Decimè, potest hoc ipsum confirmari reuelati-  
onem Diuinitus factâ cuidam S. Virginis Me-  
diolanensi, probati à Nostris Spiritus, quæ Di-  
uinitus didicerat S. Ignatio reuelatum fuisse Rib. l. 1.  
Societatis Institutum, quod ea quæ in illo sta-  
tuit, in celebri illo raptu octo dierum, quæ Man-  
ressa habuit, descripto à Ribadeneyra, Masseio,  
& iterum à Ribadeneyra commemorato l. 5. c. 13. & ab Orlandino l. 1. n. 28.

Potò hanc reuelationem habuisse illam vir-  
ginem, narravit mihi Roma P. Ludovicus Mâ-  
sonus, qui recenter Mediolano (vbi dictam Vir-  
ginem tunc viventem nouerat) ad regendum  
Romanum Collegium venerat, vnde postea à  
P. Claudio missus erat, vt esset visitator  
Sardinie, qua visitatâ, Domum Professam Ro-  
manam gubernauit, & tandem Panormitanam,

Interr. A.  
pol. p. 165.  
& seqq.

cui cum præficeret sanctæ obiit instar Martyris,  
vir magni spiritus, prudentia, experientia &  
doctrina. Quod ipsum Anno 1641.14. Ianuarij  
Bilbili de Reuelatione hæc S. Ignatio facta in il-  
lo octo dierum raptu Diuino, quem Minorella  
in exordio sua conuersiois paſſus est, testatur  
Octogenarius P. Petrus Contineretur Rectoris  
& Provincialis muneribus perfundens, familiaris  
P. Hieronymi Domenechi à S. Ignatio in So-  
ciatem recepti, aſſerens se id Historiā, & Pa-  
trum traditione accepisse, à primo suo in Soci-  
atem ingressu.

Hoc ipsum iureirando confirmarunt P.  
Vincentius Maria Bargellinus, & P. Ioannes Ba-  
ptista Furnius ſepius Rector, & P. Ioannes de  
Sæctio Annez, & P. Gudifaluu de Peralta Pro-  
vincialis Boeticæ, & P. Franciscus de Robledillo  
variotorum Collegiorum Rector, & Novitiatu-  
tis Matritensis ſecundum Magister, ac Dominus  
Toletanæ olim Praepositus, fidem iuratum fe-  
cit, fe anno 1609. in' ſolemnitate Beatificationis  
B. P. Ignatij, audiuuisse concionantem Illuſtrissi-  
mum DD. Franciscum Martinez Cenizeros, qui prius in Complutensi Academia Primatus  
fuerat Theologiae Professor, tunc, Episcopus  
Carthaginensis) eumque in concione dixisse,  
non tanquam rem nouam, sed quam quia nul-  
lus ex nostris ignorabat, Deum ad octiduanam  
illam extasim, quam Minorella S. P. Ignatius  
paſſus est, reuelasset illi totam Societatis fa-  
briſam, totam Religionis fundandæ ſtructu-  
ram.

Idem testatur P. Franciscus Aguado, ſecun-  
dum Provincialis Toletanus, aliis superioritatibus  
primaria perfundens, annorum 69. Societatis  
verò 52. id accepisse à Majoribus tanquam  
certissimum, & omnibus nostris perspectum.  
Simili modo id ipsum testificatus P. Gundifaluu  
de Peralta Provincialis Boeticæ, & P. Pe-  
trus Ferdinandus de Mudaira, annorum 80,  
Societatis 56. & 12. alij non æque antiqui iure-  
irando confirmarunt, id ſe audiuiffe ab anti-  
quioribus Patribus, viri grauissimi & Provin-  
cialium ac Rectorum muneribus non ſemel  
cum laude perfundeti, vt non poſſit esse certior  
fides humana de rebus antiquis. Atque ita con-  
formis est hæc Relatio iis quæ ſupra reſuli, n. 2.  
dicta, eſe P. Consalvo à S. Ignatio, de quadam  
magna illustratione mentis, quam Manreſſa  
habuit de rebus particularibus Societatis etiam  
non essentialibus.

18. Undecim, hoc ipsum modeste quidem ſed  
clarè dicitur in Praefatione Constitutionibus  
præfixa, prima vice iuſſu Congregationis prime  
Generalis impressis Romæ in aedibus Societatis  
Iesu Anno 1559. In hac Praefatione pag. 2. di-  
citur, ab Ignatio sanctæ memorie, concriptas  
eſe Constitutiones, cumque per multos annos in  
hanc vnam curam potissimum incubuiffe. & multis la-  
boremis ſeruentissimis precibus, aſſiduis Miffarum fa-

criſieis; Spiritus S. vniſionem à Domino, Deo effa-  
gitaffe, vi illo Inſpiratore & Duce, id quod huma-  
no conſilio non poterat, Diuino munere conque-  
retur.

Porrò prædicta Praefatio, in ſecunda editione 19.  
Conſtitutionem, recognitarum & editarum, p. 19.  
initio Generalatus P. Claudij, authoritate Con-  
gregationis quartæ, Generalis ſublata eſt inquit  
Sachinus ne quid Conſtitutioni adderetur, quod non  
edidiffit Ignatius. Quod autem P. Ioannes Po-  
lancus, illius Praefationis Author, & S. Ignatij  
per nouem circiter annos ſecretarius, per in-  
dictionem S. Spiritus, Dei reuelationem intellexit,  
hinc non temere colligo, quia in Praefatione  
Spiritualibus Exercitiis S. Patris præfixa, & ab  
eodem composita, ſimili loquendi modo ait, ab  
eo Exercitia uifile compofita, edicto ab vnfione  
S. Spiritus. Quam ſuam phrasim, modeſtè tune  
poſitam (quia adhuc vñebat ipſe S. Ignatius) eo  
mortuo clare explicuit, in epiftola quadam His-  
panica (cuia exemplar habeo) ſcripta ſub Ge-  
neralatu P. Laynezad quendam Magnæ Illuſtriſſimum An. 1564. 8. Dec. in qua diſertis verbiſ  
ait, Ignatii poſt quatuor primos menses, a ſua cõterfo-  
ne, maximâ luce ac cognitione occultissimorum myſte-  
riorum Diuinarum, Diuinitus illuſtratum, capiſſe na-  
re alios Exercitiis Spiritualibus, qua illum ſine Magi-  
ſtro Deus ipſe docuerat. Pari ergo modo ac le-  
ſu, etiam Conſtitutiones à S. Ignatio factas in-  
tellexit, ſine humano Magiſtrio eſſe ei Diuinitus  
tradidit.

Atque ita iurati Patries in Societate antiqui-  
ſimi, testificati ſunt, fe à S. P. N. Ignatij Discipulis  
& ei coeuiis audiuiffi, & ab ipſo primo ſuo in  
Societatem ingressu, constanti fama, quod Deus  
S. P. Ignatio Societatis ab illo fundandæ Inſi-  
tutum reuelauerit. Sic P. Ildephonſus de Me-  
drano iuratus affirmauit, Societatem ingressu anno  
1579. fe 62. annorum decuſu, ab omnibus Patribus  
ſemper audiuiffe, & per traditionem dudicife, ſanctissi-  
mum Parentem nostrum de Loyola Ignatium, Inſtitu-  
tum, Conſtitutiones & Regulas, quas nobis obseruan-  
das tradidit, per reuelationem supernaturem à Deo  
Opt. Max. accepiffe, id audiuiffe ſe, ait à P. Gonzalo  
Gonzales plus quam Octogenario tune temporis, quā-  
do eum anno 1579. Salmantica ad Societatem quā  
manu duxit. Idem ſe ſemper audiuiffe refutat, a S.  
illo Patrie in publicū Exhortationibus P. Balthazar A-  
luarez ſuo Magiſtro, in tertio Probationis anno, So-  
cietatis Inſtitutum à calo per reuelationem P. N. Ig-  
natio traditum, & Exercitia spiritualia, & orationis  
mentalis methodum, in eisdem comprehenſum, à Deo  
per reuelationem Diuinanam cundem accepiffe; idemque  
ſepius audiuiffe à venerabili P. Ludouico Della Penna,  
& dum per annos 14. in Collegio Mexicano, apud  
nouum orbem occidaum degere, id ſepius audiuiffe  
à Patribus antiquioribus Societatis; quorum  
vnuſ erat P. Docttor Petrus Sanctius, Provincialis noua  
Hispanie apud Indos, qui ingressus in Societatem Com-  
pluit in Hispania, eius vnuerſitatis Rector, eo tempore,  
qua

quo Beatisimus Pater noster Ignatius inter mortales vitam ageret audiuisse à P. Araoz. (S. Ignatij Discipulo) qui primus Complutum ex Societate adierat (à S. Ignatio Roma missus) Institutum Societatis à P.N. Sandissimo per revelationem acceptum. Ibidem alios antiquissimos nominat, à quibus idem audiuit.

Quod ipsum A.R.P.N. Præpositus Generalis Matius Vitellescus, testis omni exceptione maior, iureurando interposito, & alij antiquissimi & grauissimi Patres Societatis, modo simili affluerunt, vti P. Alvarus Arias Hispaniarum Affiliens, Ioannes Chamerota annum agens Octogesimum secundum, qui id anno circa 1572. a. Maioribus nostri Ordinis accepit, & P. Constantinus Bouonus qui similiter iuratos asserit hoc se audiuisse à quinque Patribus, S. Ignatio familiaribus, & ab eo ac sub eo in Societatem recepis, nimirus P. Emanuele Sa, P. Ioanne Baptista Velato, uno è primis Societatis Professis, à S. Ignatio ad professionem admisso) à P. Iacobo Crucio, P. Laurentio Magio, P. Achille Galiardo, P. Lelio Bisciola, aliisque antiquissimis.

20. Duodecimo, hoc ipsum alii in locis asserit de S. P. Ignatio Nicolaus Orlandinus in prima par. Hist. Soc. Nam l. 2. n. 116. describens modū, quo primum S. Pater Societatis Constitutiones cœpit scribere, hæc scribit.

Mimè nescius quanta fibi res esset imposta, nihil sua prudentie iudiciorū, (quibus tamen ipsis valebat plurimū) fidendum ratus, Deum sibi consulendum impria frequenti prece, quotidiano sacrificio putauit. Quo tempore mens eius à Deo mirum in modum illustrata, suavitate quadam Spiritus tota vndique perfundebatur, hauriens à Patre lumen, que mox sue discipline alumnis consignaret. & veluti dictata quadam, de rebus singulis, quibus hac continentur Instituta excipiēt, ut mirum videri non debeat, si cuius in animo specie vniuersi operis. Diuinus Architectus effinxerat, is tam excellens Religionis Institutum formamq; descriperit; ut affirmari verè posse non suum illud inuentum esse, sed eum, qui fibi in mente commonstrasset exemplum. Tamā igitur Dei luce perfusus, dum accurate omnia, solerterque circumspicit, & mysticum Ecclesiæ corpus, membrāq; singula contemplatur, dum præsentem Ecclesiæ statum, & illorum temporum calamitatem secum ipse perpendit, dum ei Religiosorum Ordinum Institutum, qua tum erant in orbe Christiano, & munera varietates, vnde is maximè subleuaretur, attendit, neque tamen omittit, quantum & in mentis, corporisq; Exercitationibus, & in virtus cultusque ratione, natura vires ferant, expendere: dum hec inquam vniuersa, suggillatum animo ratione, perlustrat. sentit ē singulari quadam arte, ut ex cœlesti illa disciplina perceperat, omnem suorum Institutorum formam, in certa quadam capita, Constitutionesq; digestam, summatum fuisse complexum: quibus non modo regere ac tueri se p̄p̄, verum etiam progredi, atque augeri, deinceps Societas adulta & corroborata iam posset, ut intelligat

posterioris vniuersa, quam tandem sine ea Institutorum monumenta pendenda, que Bille Pater, non tam atra-mento, quam lacrymis, nec tam humano studio, quam accuratā prece, nec tam Magistrā prudentiā, quam Deo pene dictante consumpsit, ut infra plenius ostendetur.

Decimotertio, hoc probat alia prædictio S.P.N. Ignatij facta Barcinone dum literis daret ope-ram Anno 1524. (hoc est tertio anno à sua conuersione, decem annis ante inchoatam Parisiis, & 16. vel 17. annis ante fundatam Romę Societatem.) Nam cum D. Rhodis celeberrimus Jurisconsultus, Patria Gironensis, ex Principatu Catalaunie, tunc adolescentis, S. Ignatij familiaris, illius virtutum exemplo, atque adhortationibus, ita ad virtutem exar-asset animo, ut eum sequi, euifque socius fieri, ac virtutes imitari vehementissime cuperet, idque apernuisset Ignatio, Respondet Ignatius: Tu non me sequeris sed Filius olim tuus Religiosa familiæ, quam ego Divinæ fauente gratiā conditurus sum, nomen dabit. Hoc vaticinium impluit Michael Rhodis, filius huius Jurisconsulti, multis post annis ab eo genitus qui Societatem ingressus est, in eaque diutissime vixit, ac senecte admodum obiit, vir religionis eximie, animarum zelo, & vita austeri-tate nobilis, & magnarum virtutum fama. Et hoc ipsū narravit sepius P. Francisco de Caspes (mihi Ro-mæ benè noto, dum à Provincia Aragonie, in qua officia Rectoris & Præpositi obiuit, Procurator missus esset) & ipse P. Franciscus de Caspes, Septuagenarius, hoc se audiuisse à Filio illius Jurisconsulti, iureurando assertuit, in testimoniō, quod in Romano nostro Archiuio asseruatur.

Decimoquarto, Anno 1535. cum S. Ignatius ē ciuitate Valentia in Regium vallis Christi Carthusianorum Conuentum accessisset, Romam profecturus ad condendam Societatem, inuisit in eo Monasterio suum dilectissimum Præcep-torem P. Don Ioannem de Castro, cuius bonis artibus & literis, Parisiis erat imbutus, & cum ei suum apernuisset animum de fundanda Societate Iesu, antea conceptum, eiusque ad Deum precibus commendasset, felicem tantæ rei exitum; Don Ioannes de Castro, post fulas ad Deum preces, sequenti die sic est Ignatium allo-locutus: Ita ô Ignati tua de fundanda Societate arrendit vota, ut si lubet Carthusiam deseram. Nouitius sum, nondum votis adstrictus, meanam operam, vires, consilium, in te vnum transferam, dummodo tanta molia negotium, felicem exitum consequa-tur. Ad qua Ignatius. Ne quaquam R. Pater, ita in ce-ptis, tuis precibus me Deo commenda.

Se hanc historiam vidisse scriptam in literis huius Don Ioannis de Castro, Carthusiani o-stensis sibi à P. Dom Michaele Monllor suo Magistro, annum agente nonagesimum, iureurando testatus est, eoram publico Notatio, R.P. Don. Andreas Soler Religiolum antiquior, Conuentus supra dicti Vallis Christi.

Eadem Historiam se audiuisse à Veneran-

Vv 4 do

do Patre Dor. Matthia Ferrez viro sancto, & tanquam sancto post mortem in imagine iussu Episcopi Segobiensis depictâ honorato, & à B. Ludouico Bertrando, & B. Nicolaio Factore, pro sancto habitos, iuratus testatus est, R.P. Don: Antonius Martinus, dicti Vallis Christi Conuentus Vicarius, eandemque historiam se audiisse dixit, à P. Don. Onuphrio Ripoll, Religioso anno annorum Professo, & Priore vallis Christi Conuentus, viro spectatæ virtutis. Qui dixerunt se accepisse sapientissimè à pluribus antiquissimis Patribus, & præcipue à P. Don. Ioanne Bellot Priore eo tempore, quo S. Ignatius Carthusianum Vallis Christi appulit, & ab aliis Patribus, quos in suo testimonio iurato nominat, & addit, hanc esse communem traditionem inter Patres Regij Vallis Christi Conuentus, & dicit se audiisse & legisse hanc veritatem in manuscriptis reconditis in Archivio dictæ Cartusiae.

Hoc ipsum tertius Carthusianus P. Don. Nicolaus Bonet, iuramento comprobavit se audisse ab iisdem Patribus antiquissimis Carthusianis, P.D. Michaelae Monllor, & à P.D. Ioanne Bellot, & ab aliis.

Id, hi RR. Patres Carthusiani iurati testati sunt Anno 1641.8. Ianuarij.

Sed P. Franciscus de Caspes in testimonio suo supra posito §. 13. affirmit, quacunque scripsere Patres Cartusiani Monasterij Vallis Christi sua in testificatione, sibi ante hos quindecim annos nota fuisse.

Quocirca certissimum est, reuelatum esse S. Ignatio Societatis ab eo fundande institutum, multò ante eam inchoatum, hoc est, dum Manresa, seu Minores (idem enim significant haec vocabula) primo à sua Conversione anno ver- faretur.

#### CAPVT SECVNDVM.

*Idem confirmatur auctoritate Summorum Pontificum.*

21. **M**erito P. Frânciscus Suarez hoc ipsum quod suprà dictum est de Instituto Societatis sentiens, sed nimis modestè, & non tam aperte idem afferens, t. 4. de Relig. tr. 10. l. 1. c. 4. ad hoc ipsum confirmandum citat Bullas Summorum Pontificum, quæ tamen à me diligentius & summius expendentur. Quod èd securis faciam, quia P. Hieronymus Natalis S.P.N. Ignatius intimus sup. n. 4. commendatus, in prima ad socios Complutenses exhortatione, (quam legi, & descriptam habeo) dum esset Commiarius Societatis Roma missus in Hispaniam, dixit manifestè: *Reuelata esse res Societatis immediate à Deo P. Ignatio, idque dicere Ecclesiam in Bullis Confirmationis Societatis, idque constare ex alius actis & testimoniis legitimis.* Ita ille pag. 3.

Primo, enim Paulus III. in prima Bulla Confirmationis Instituti, anno 1540. ait: *Primos decem Patres Societatis (in Bulla nominatos,) Spiritu sancto, vi p[ro]te creditur, afflatos, Societatem intruisse.* Hunc autem loquendi modum, Dei revelationem significare, paulo post ostendam.

Idem Paulus III. post tres annos in secunda Bulla, qua secundò confirmavit Societatem, fine restrictione numeri Professorum ad Societatem admittendorum (quos ad numerum sexagesimum in prima Bulla redegerat) hanc ipsa verba repetit. Quæ verba hoc ipsum indicare (quod assumpsi probandum) infra nisi fallor clare apparebit.

Secundò, Iulius III. in altera Bulla, quâ Societatem cum amplioribus Privilegiis confirmavit, decimo anno à Societate instituta, Anno 1550. clarus hoc ipsum asseruit, institutam nimirum Societatem esse, *Spiritu S. afflante: omis- sitque particulam illam (vt p[ro]te creditur) à Paulo III. utr[um] patet: Non casu, inquit Soarez loco cit. n. 4. sed quod dubitationem vel formidinem indicare, consilii ablata fuit. Nam diurna experientia, & uberes fructus, simul cum approbatione Predecessoris sui, omnem formidandri rationem, si qua erat, auferre poterant.* Qui loquendi modus Dei reuelationem denotat. Sic enim S. Chrysostomus sacra Scripturæ libros, ait esse scriptos à Moysi afflati <sup>b. 41. l. b.</sup> *Spiritu S.* <sup>49.</sup>

Tertio, Gregorius XIII. in Bulla, *Quanto fru-<sup>24</sup>ctuofius, clarius adhuc hoc ipsum indicat, ait enim: Ad quem finem Spiritus S. bone memoria Ignatii Loyolam ipsius Societatis Institutorem, eu[er]que Socios excitauit, media etiam præclaras, maximè opportuna, huius Sedis ministerio eis tribuit, atque con- firmauit.* Atqui inter media Societatis non tantum Essentialia, sed etiam aliqua accidentalia continentur, ergo iudicio Vicarij Christi, etiam per Spiritum S. sunt S. Ignatio inspirata, & per S. Ignatium Sociis reliquis.

Quarto, idem Gregorius XIII. in eadem Bulla paulo post ait: *Societatis Corpus in sua membra, ordinem, & gradus, Diuino instinctu dispositus Ignatii.* Et statim immediate recensens, quæ Diuino instinctu dispositus Ignatius in Societate, enumerauit, post biennium Nonciatus absolutum, tria vota substantialia, simplicia tamen, per quæ omissa, in Corpus Societatis cooptantur, & quantum ex parte ipsatum, perpetuò obligati manent, & (quemadmodum infra additur) sunt verò Religiosi & propriè, et si non hanc Professi. Et si iniussi discedant, Apostolica notam, & penas, ut Professi incurruunt, rationabili tamen ex causa, iuxta Constitutiones à Præposito Generali possint dimitti, & votis huiusmodi liberiari. Item quod honorum suorum ius a quo Dominum pro Superiorum arbitratu ad tempus retinere valeant, ut in pios usus distribuant, nullā retanquam propriā, & sine Superioris facultate vtendo: Et quod peractis probationibus &